



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

1 Prima sit ex titulo: sit commendata secunda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

CAUSA XXI.



Rehprebyter cuiusdam ecclesia prapofituram alterius accepit, nec priorem vult relinquere: secularium quoque negotiorum procurator efficitur: clarus & fulgidus vestibus se exornans, ab Episcopo suo corripitur, relicto officio suo ad sacularium iudicem habet confugium.

- 1 Primum queritur, an clericus in duabus ecclesiis possit conscribi.
- 2 Secundo, si unam voluerit relinquere, an liceat et ad aliam transire.
- 3 Tertio, an procuraciones secularium negotiorum clericis liceat suscipere.
- 4 Quarto, an claris & fulgidis vestibus eis ornari expediat.
- 5 Quinto, an ab Episcopo correpti suum officium relinquere, & ad sacularium iudicem confugere valeant.

QVÆSTIO I.

In duabus ecclesiis aliquem connumerari posse, septima synodus prohibet, dicens, c. 15.

C. I. ¶ In duabus ecclesiis clericus conscribi nullo modo debet.

Clericus a ab instanti tempore non connumeretur in duabus ecclesiis. Negotiationis enim hoc est, & turpis b luci proprium, & ab ecclesiastica consuetudine penitus alienum. Audiuimus enim ex ipsa Dominica c voce, quod nemo potest duobus Dominis seruire. Aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Vnusquisq; enim secundum Apostolicam d. vocem in quo vocatus est, in hoc debet manere, & in una locari ecclesia. Quæ enim per turpe lucrum in ecclesiasticis rebus efficiuntur, aliena consistunt à Deo: ad vitæ verò huius necessitatem studia sunt diuersa. Ex his ergo, qui voluerit, acquirat corporis opportuna. Ait enim Apostolus: [Ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ.] Et hæc quidem in hac à Deo seruanda, i. urbe. Cæterum in villis z, quæ foris sunt, propter inopiam hominum indulgeatur.

¶ Deo seruanda] Antea legebatur, in hac urbe seruandum. Emendatum est ex Anastasii exemplaribus: Græcè enim est, ἐν τῇ πόλει τῆς Ἱερουσαλὴμ πάλαι. Apud Iuonem est, in hac seruanda urbe.

¶ Villis] Græcè est, χωρῶν, quod latius patet. Significat eorum sæpe regiones.

Sed duæ ecclesiæ intelliguntur ecclesiæ duarum civitatum, in quibus nullus debet conscribi.

C. II. ¶ De eodem.

Unde in Chalcedonensi e concilio, cap. 10. statutum est.

Clericum in duarum ecclesiis civitatum eodem tempore conscribi non oportet.

Sed f e contra nonnunquam Episcopus civitatis unius, efficitur Archiepiscopus alterius civitatis, nec tamen priorem ecclesiam deserit: sed prior ecclesiæ, quasi commendata relinquatur, secunda, quasi titulata habetur.

C. III. ¶ In una ecclesiæ titulatus, alteram sibi commendatam potest habere.

Unde Leo IV. scribit.

¶ Vi plures ecclesias retinet, unam quidem titulata, aliam verò sub commendatione retinere debet.

a Anselm. lib. 7. cap. 98. Ivo part. 6. c. 31. b al. commoda.] c. 10. Burch. l. 2. c. 96. Ivo p. 6. c. 172. f Agitur de hac re sup. dist. 70. cap. fin. & 16. quæst. 7. per laicos.

C. IV. ¶ Duobus monasteriis unus Abbas præfisse non potest.

Sic & illud Agathensis concilii. a. cap. 57. intelligendum est.

VNum b Abbatem duobus monasteriis præfideri interdicitur.

Potes est etiam utriusque tanquam titulata: c. præfisse, sed iure specialis, non communi.

C. V. ¶ Unus Episcopus duabus præficitur ecclesiis.

Unde Gregorius lib. 2. epist. 13. seu cap. 52. ad Agnellum Episcopum.

Relatio d cleri simul & populi Tarracinenfis: non valde iustificat, ob hoc quod de tua fraternitate bona testatur. Et quia defuncto Petro Pontifice suo, huiusmodi postulatam constituit sacerdotem, eorum vero necessariam complenda esse prævidimus. & infra. ¶ Tu igitur mentis intentione ita lucrum animarum Deo facere festinato, ut digna re merces ante eius conspectum in die tributionis inveniat. Quidquid verò de prædictæ rebus ecclesiæ, vel eius patrimonio, seu clericali ordinatione, promotione, & omnibus generaliter ad eum pertinentibus soleret, atq; canonicè ordinare, faceretq; provideris, liberam habebis (quippe ut faceret propriis) modis omnibus facultatem.

¶ Alia est sententia B. Gregorii, ac Gratiani putare videtur. Hunc enim Agnellum, qui antea fundorum erat Episcopus, quod ea civitas ab ipse esse iustificata, Tarracina. Cardinalem constituit sacerdotem, ut in sequenti capite. De qua re notatum est sup. dist. 71. cap. fraternitatem.

¶ Tarracinenfis] Sic est emendatum ex vetustis, cum non vulgatum esset, Tarracensis gentis. In originali autem legitur Tarracina degentis.

C. VI.

¶ Illud quoque fraternitatem tuam scire necesse est, quoniam sic te prædictæ Tarracinenfis ecclesiæ cardinalem esse constitutum sacerdotem, ut & Fundensis ecclesiæ Pontifex esse non desinas, nec curam gubernationemq; eius præterearis: quia ita fraternitatem tuam læpèdictæ Tarracinenfis ecclesiæ, sicut præfati sumus, præfide præcipimus, ut antedictæ Fundensis ecclesiæ tibi iurisdictionem nullo modo subtrahamus.

¶ In vetustis codicibus hoc est conjugium superiorum, quemadmodum in ipsa epistola, & apud Anselmum.

Non enim potest utriusq; præfideri, si unquam titulata, sed non tantquam commendata, alteri verò tanquam titulata præfide videt.

QVÆSTIO II.

¶ Vi verò relicta sua ecclesiæ ad aliam transire valeat, nequaquam sine dimissiois litteris sui Episcopi suscipiatur.

C. I. ¶ Sine dimissiois litteris in altera ecclesiæ clericus non ordinetur.

Unde in sexta synodo: f, cap. 17. legitur.

¶ Quoniam diversarum ecclesiarum clerici suas, in quibus ordinati sunt, ecclesias relinquunt, alios concurrunt Episcopos, & ignorante i Episcopo proprio in alienis constituuntur ecclesiis, ubi contingit z eos sine sui examinatione permanere, præcipimus amodò, ut nullus clericorum omnino, in quocumque gradu sit, licentiam habeat sine dimissiois litteris sui Episcopi in altera constitui ecclesiæ. Quia verò hoc amodò non observaverit, ad opprobrium eius z qui ordinaverit eum, deponatur, tam ipse, quam qui eum ratione susceperit.

a In concil. Epasense. c. 9. b Burch. l. 2. c. 21. Ivo p. 2. cap. 10. & p. 6. c. 99. c al. titulata. d Ansel. l. 2. c. 20. Poff. l. 2. c. 10. e Ansel. ibid. f Et in 7. c. 10.